

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Coloniae Agrippinae, 1622**

Oratio XI.

[urn:nbn:de:bsz:31-116541](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116541)



# PRO M. FONTEIO

## ORATIO XI.

Defunt permulta.

**H**OC \*pretore oppressam esse ere alieno Galliam. à quibus versuras tantarū pecuniarum factas esse dicunt? à Gallis? nihil mirus: à quibus igitur? à ciuibus Rom. qui negotiantur in Gallia? cur eorum verba non audimus? cur eorum tabulae nulla profertur? insector vltro, atq; in isto accusatori, iudices: insector, inquā, ac flagito testes. plus ego in hac causa laboris, & opera consumo in poscendis testibus, quā ceteri defensores in refutandis. audacter hoc dico, iudices, nō temerè confirmo, referta Gallia negotiatorū est, plena ciuium Rom. nemo Gallorū sine ciue Rom. quicquam negotij gerit: nummus in Gallia nullus sine ciuium Rom. tabulā commouetur. \* videre, quod descendam, iudices, quā longè videar à consuetudine mea, & cautione ac diligentia discedere. vne tabulae proferantur, in quibus vestigium sit aliquod, quod significet pecuniam Fonteio datam: vnum ex toto negotiatorum, colonorum, publicanorum, auctorum pecuniariorum numero testem producant: verè

ACCUS

ORATIO

accusatum esse concedam. pro dij immortales, qua est  
 caussa? qua defensio? prouincia Gallia M. Fonteius  
 proiur, qua constat ex ijs generibus hominum. & ci-  
 uis tum, qui (vt vetera mittam) partim nostra me-  
 moria bella cum populo Rom. acerba, ac diuturna  
 gesserunt: partim modo ab nostris imperatoribus sub-  
 acti, modo bellis domiti, modo triumphis, ac monime-  
 tis notati, modo ab senatu agru vrbibusq; multati  
 sunt: partim, qui cum ipso M. Fonteio ferrum ac ma-  
 nus contulerunt, multoq; eius sudore ac labore sub po-  
 3 puli Romani imperium, ditionemq; ceciderunt. \* est  
 in eadem prouincia Narbo Martius, colonia nostroru  
 ciuium, specula populi Rom. ac propugnaculum istis  
 ipsis nationibus oppositum & obiectum. est item vrbs  
 Massilia, de qua antè dixi, fortissimorum fidelissimorumq;  
 sociorum, qui Gallicorum bellorum pericula à  
 populo R. copijs, armisque propulsarunt. est praeterea  
 numerus ciuium R. maximus atque hominum hone-  
 stissimorum, huius prouinciae, qua ex hac gentium va-  
 rietate constaret, M. Fonteius (vt dixi) praesuit: qui  
 erant hostes, subegit: qui proximi fuerant, eos ex ijs a-  
 gris, quibus erant multati, decedere coegit. ceteris,  
 qui iccirco magnis saepe erant bellis superati, vt sem-  
 per pop. R. parerent, magnos equitatus ad bella, qua  
 tum in toto orbe terrarum à pop. R. gerebantur, ma-  
 gnas pecunias ad eorum stipendium maximum frum-  
 menti numerum ad Hispaniense bellum tolerandum  
 4 imperauit. \* hac qui gessit, in iudicium vocatur: vos,  
 qui in re non interfuisistis, causam vna cum populo Ro-  
 mano cognoscetis. dicunt contra, quibus inuitis, semis  
 imperatum est: dicunt, qui ex agru ex M. Fonteij de-  
 creto

PROM

oia decedere sunt con-  
 legantur primis au-  
 se confite, quibus  
 qua existimant: huius  
 vltimae existimant  
 hanc praesentem p-  
 p-ssimos. nos autem  
 vltima laudatio au-  
 mos monumentis habet  
 qua voluntas est: et  
 quibus de prouincia  
 meritis esse arbitri  
 appropinquat M. Font-  
 eio. huiusmodi num-  
 R. dignitas posthu-  
 ribus vestris, et  
 credidi. & consilia  
 vltimae iudicium  
 rem habere debet  
 honestissimorum cop-  
 mouerit: et res sum-  
 rum et consilio v-  
 niam et eam Ga-  
 maxime populi  
 larissimos, et  
 uia multas tribu-  
 que ad eos exer-  
 tum atq; ornatum  
 uo impo-are. facta  
 huiusmodi vltima  
 que M. Fonteij

## PRO M. FONTEIO

creto decedere sunt coacti: dicunt, qui ex bello cade, &  
 fuga nunc primam audent contra M. Fonteium iner-  
 me consistere. quid coloni Narbonenses. quid volunt?  
 quid existimant? hunc per vos volunt. se per hunc in-  
 columnes existimant esse. quid Massiliensium ciuitas?  
 hunc praesentem ijs affectit honoribus, quos habuit am-  
 plissimos. nos autem absens orat atq; obsecrat, vt sua  
 religio, laudatio, auctoritas aliquid apud vestros ani-  
 mos momenti habuisse videbatur. \* quid? ciuium R.  
 quae voluntas est? nemo est ex tanto numero, quin huc  
 optime de prouincia, de imperio, de sociis, de ciuibus  
 meritum esse arbitretur. quoniam igitur videtis, qui  
 oppugnent M. Fonteium: cognoscitis, qui defensu ve-  
 lint. statuite nunc, quid vestra aequitas, quid populi  
 R. dignitas postulet: vtrum coloni vestri, negotiato-  
 ribus vestris, amicissimis, atque antiquissimis sociis &  
 credere, & consulere malitis; an ijs, quib. neq; propter  
 iracundiam, fidem, neq; propter infidelitatem, hono-  
 rem habere debetis. \* quid, si maiorem etiam hominu  
 honestioru copiam assero, qui huius virtuti, atq;  
 innocentia testimonio possint esse? tamē ne plus Gal-  
 lorum consensio valebit, quam summa auctoritas om-  
 nium? cum Gallia Fonteius praeset, scitis, iudices,  
 maximos populi Rom. exercitus in duabus Hispani-  
 clar. s. mosq; imperatores fuisse. qua multi equites R.  
 qua multo tribuni militu, quales, & quot, & quoties  
 legati ad eos exercitus? praeterea Cn. Pompeius ma-  
 ximus atq; ornatusissimus, hyemauit in Gallia, M. Fon-  
 teio imperate. satune vobis multos, sat idoneos testes  
 & consocios videtur ipsa fortuna esse voluiss. earu re-  
 ru, quae M. Fonteio pratore gererentur in Gallia? quae

ORATIO

ex tanto hominum numero testem in hac causa pro-  
 ducere potestis? quis est ex eo numero, qui vobis au-  
 ctor placeat? eo nos iam laudatore, & teste venimur.  
 7\* *7* dubitabitis etiam diuitibus, iudices, quin illud, quod  
 initio vobis proposui, verissimum sit? aliud per hoc  
 iudicium nihil agi, nisi ut M. Fonteio oppresso testi-  
 monijs eorum, quibus multa reip. causa inuitisimis  
 imperata sunt, seigniores posthac ad imperandum ce-  
 dere sint, cum videant eos oppugnari, quibus oppressio  
 populi Romani imperium incolume esse non possit.  
 Obiectum est etiam, questum M. Fonteium ex viarum  
 munitione fecisse: ut aut ne cogeret munire, aut id,  
 quod munitionum esset, ne improbareret, si & coacti sunt  
 munire omnes, & multorum opera improbata sunt:  
 ceri de virumque falsum est, & ob vacationem pretium  
 datum, cum immunitas nemo fuerit; & ob probatio-  
 nem, cum multa improbata sint. & quid, si hoc crimen  
 optimis hominibus delegare possumus, & ita, ut non  
 culpam in alios transferamus, sed uti doceamus, eos  
 isti munitioni praefuisse, qui facile officium suum &  
 praestare, & probare possunt? tamen ne vos omnia in  
 M. Fonteium, iracundi testibus freti conferetis? cum ma-  
 ioribus reip. negotijs M. Fonteius impediretur: & cum  
 ad remp. pertineret viam Domitiam munire: lega-  
 tis suis, primarijs viris, C. Annio Bellieno, & Fonteio  
 negotium dedit, itaque praefuerunt, imperauerunt pro  
 dignitate sua, quod visum est, & probauerunt, quod  
 vos, si nulla alia ex re, ex litteris quidem vestris, quas scri-  
 ppsistis, & omisit, & allatis, certi scire potuistis, quas  
 si antea non legistis, nunc ex nobis, quid de ijs rebus  
 Fonteius ad legatos suos scripserit, quid ad eum illi  
 rescri-

PRO

scripserit, cognos-  
 tum, ad C. Fonteium  
 ANNO LEGATI  
 vobis oportet esse  
 munitionem magis ad  
 tractatam, quam  
 nunc de criminibus  
 maximum esse  
 ces, si constitutum  
 reculli in mentem,  
 in Italia hoc prope  
 que Titurium To-  
 vini amphoras p-  
 Porcium & Sto-  
 lone iure vni-  
 hi loco Credim-  
 se exaltum, p- q-  
 sam & Navone-  
 ire vellent, cum  
 is, qui ad hostem  
 ces, esse crimen.  
 Magal enim esse  
 & pecuniam p-  
 confiteor, & in  
 bene rem ser-  
 ta existimo, que  
 esse falsum, hoc  
 usque: p-  
 omnes carum,  
 scripserit

RATIO

PRO M. FONTEIO

rescripserint, cognoscite. *Literæ ad C. Annum legatum, ad C. Fonteium legatum. LITERÆ A C. ANNIO LEGATO, A C. FONTEIO LEGATO.*

Satis opinor esse perspicuum, iudices, hanc rationem munitionis neq; ad M. Fonteium pertinere, & ab ijs esse tractatam, quos nemo possit reprehendere, cognoscite nunc de crimine vinario, quod illi inuidiosissimum & maximum esse voluerunt. Crimen à Pletorio, iudices, ita constitutum est: Fonteio non in Gallia primitum venisse in mentem, ut portorium vini institueret, sed, in Italia hac proposita ratione, Romæ profectum: itaque Titurium Tolosa quaternos denarios in singulas vini amphoras pratorij nomine exegisse, Crodinum Porcium & Numium terros victoriatos, Nulchalone seuere umbrosos & victoriatos mille, atque in his locis Crodini & Nulchalone ab his portorium esse exactum, si qui Cobiamacho, qui vicus inter Tolosam & Narbonem est, disverterentur, neque Tolosam ire vellent, cum Elestodolus tantum senos denarios ab ijs, qui ad hostem portarent, exegisset. \* Video, iudices, esse crimen, & crimen genere ipso magnum: veltigal enim esse impositum fructibus nostris dicitur: & pecuniam permagnam ratione ista cogi potuisse confiteor, & inuidiosam. vel maximè enim inimici hanc rem sermonibus divulgare voluerunt, sed ego ita existimo, quod maius crimen sit, id quod ostendatur esse falsum, hoc maiorem ab eo iniuriam fieri, qui id confingat: vult enim magnitudine rei sic occupare animos eorum, qui audiunt, ut difficilis aditus veritati relinquatur.

Desiderantur quæ de crimine vinario erant reii-

ORATIO

qua, nec non quæ ad bellum Vocontiorum, & dispositionem hybernorum pertinebant.

¶ *\* At hoc Galli negant, as ratio rerum & vñ argumentorum coarguit. potest igitur testibus iudex nõ credere? cupidis, & iratis, & coniuratis, & ab religione remotis non solùm potest, sed etiam debet. etiam si, quia Galli dicunt, iccirco M. Fonteius nocens existimandus est, quid mihi opus est sapiente iudice? quid a quo questore? quid oratore non stulto? dicunt enim Galli, negare non possumus hic, si ingeniosi, & periti, & aequi iudicis has partes esse existimatis, ut quoniam quidam testes dicunt, sine vlla dubitatione credendum sit. Salus ipsa virorum fortium, innocentiam tueri non potest. sin autem in rebus iudicandis non minimã partẽ ad vnamquamq; rem existimandam, momentõq; suo ponderandam sapientia iudicis teneat: ne multi ù vestra maiores grauioresq; partes sunt ad cogitandum, quã ad dicendum mea. \* mihi enim semper vnaquaq; de re testu nõ solũ semel, verũ etiam breuiter interrogandus, & sepe etiam nõ interrogandus, ne aut irato facultas ad dicendũ data, aut cupido auctoritas attributa esse videatur. vos & sapius canẽ rem animis agitare, & diutiũs vno quoq; de teste cogitare potestis. & siquidẽ nos interrogare nolumus, quæ causa nobis tacendi fuerit, existimare debetis. quamobrem si hoc iudices, præscriptũ lege, aut officio putatis, testibus credere: nihil est, cur alius alio iudice melior aut sapientior existimatur: vnũ est enim, & simplex aurium iudicium, & promiscuẽ, & cõmuniter stultis ac sapientibus ab natura datum. \* quid est igitur, vbi elucere possit prudentia? vbi discerni stultus auditor, & cre-*

PRO M

et adules, ab vtrig  
 lial in qua et que d  
 agitate et ad  
 cibus aqua et, qu  
 rigione, quanto su  
 ara, quanto immo  
 nonis beniamin b  
 pe & vestra, & pa  
 de clarissim nostr  
 putauerunt? qui C  
 talis testibus in Q  
 crediderant: quom  
 & exhoritatem  
 curatum suspicio  
 num, et quon ver  
 filio granitate, p  
 ingenti, reu  
 lo iussit: tamen  
 ratum oris rige  
 temeriam, vnaq;  
 vni y, qui iudic  
 quem quis que d  
 quantus in L. C  
 quant auctoritat  
 em sermo testim  
 no ipse, quæ  
 rogare non pot  
 um ac singular  
 lim de ro, sed  
 n aliter abant  
 peractum, q

PRO M. FONTEIO.

& crudulus, ab religioso. & sapienti iudice? nimirum  
 illud, in quo ea, que dicuntur à testibus, coniectura, &  
 cogitatione traduntur, quanta auctoritate, quanta  
 animi equitate, quanto pudore, quanta fide, quanta  
 religione, quanto studio existimationis bonæ, quanta  
 cura, quanto timore dicantur. an verò vos id in testi-  
 moniis hominum barbarorum dubitabitis, quod persæ-  
 pè & nostra, & patrū memoria sapientissimi iudices  
 de clarissimis nostræ civitatis viris dubitandum non  
 putaverunt? qui Cn. & Q. Cepionibus, L. & Q. Me-  
 tellis testibus in Q. Pompeium hominem novum non  
 crederunt: quorum virtuti, generi, rebus gestis fidem  
 & auctoritatem in testimonio cupiditatis atq; inimi-  
 citiarum suspicio derogavit. \* eequem hominē vidi-  
 mus, ei quem verè commemorare possumus parem cō-  
 silio, gravitate, constantia, ceteris virtutibus, honori,  
 ingenij, rerū gestarum ornamentis M. Aemilio Scau-  
 ro fuisse? tamen huius (cuius iniurati nutu propè ter-  
 rarum orbis regebatur) iniurati testimonio neque in C.  
 Timbriam, neq; in C. Memmium creditum est, nolue-  
 runt ij, qui iudicabant, hanc patere inimicitis viam:  
 quem quisque odisset, ut eum testimonio posset tollere,  
 quantus in L. Crasso pudor fuerit, quod ingenium,  
 quanta auctoritas, quis ignorat? tamen is, cuius eti-  
 am sermo testimonij auctoritatem habebat, testimo-  
 nio ipso, qua in M. Marcellum inimico animo dixit,  
 probare non potuit. \* Fuit, fuit illis iudicibus divi-  
 num ac singulare, iudices, consilium, qui se non so-  
 lum de reo, sed etiam de accusatore, de teste iudica-  
 re arbitrabantur, quid fictum, quid fortuna ac tem-  
 pore allatum, quid pretio corruptum, quid spe aut

14

15

ORATIO

metru deprauatum, quid à cupiditate aliqua aut in-  
 micitijs profectum videretur. qua si iudex non am-  
 plectetur omnia consilio, non animo ac mente circū-  
 spiciet: si quid ex illo loco dicitur, ex oraculo aliquo  
 dici arbitrabitur: profectò satis erit id, quod dixi,  
 antea, non surdum iudicem huic muneri atq; officio  
 præesse: nihil eris, quamobrem ille nescio quis sapiens  
 homo, sic multarum rerum peritus ad res iudicandas  
 46 requiratur. \* an verd illi equites R. quos nos vidimus,  
 qui nuper in rep. iudicijsq; maximè floruerunt, ha-  
 buerunt tantum animi, tantum roboris, vt M. Scau-  
 ro testi non crederent: vos Belgarum atque Allobro-  
 gum testimonijs non credere timati? Si inimico testi  
 credi non oportuit: inimicior Marcello Crassus, aut  
 Fimbria Scaurus ex ciuilibus studijs atq; obrectatio-  
 ne domestica, quàm huic Galli? quorum, qui optimi  
 in causa sunt, equites, frumentum, pecuniam semel  
 atque iterum, ac sapiens inuitissimi dare coacti sunt:  
 ceteri, partim ex veteribus bellis, agro mactati, par-  
 47 tim ab hoc ipso, bello superati, & oppressi. \* si, qui ob  
 aliquod emolumentum suum cupidius aliquid dicere  
 videntur, ijs credi non conuenit: credo maius emolu-  
 mentum Capionibus & Metellis propositum fuisse ex  
 Q. Pompeij damnatione, cum studiorum suorum ob-  
 trectatorem sustulissent, quam cuncta Gallia ex M.  
 Fonteij calamitate, in qua illa prouincia prope suam  
 immunitatem ac libertatem positam esse arbitratur.  
 an si homines ipsos spectare conuenit (id quod in teste  
 profectò valere plurimum debet) non modo cum sum-  
 mis cruciatus nostra viris, sed cum infimo cive Rom.  
 quisquam amplissimus Gallia comparandus est? scie  
 Indu-

PRO

Gallicorum quibus  
 timore, quo  
 cum profectum  
 pro laborare  
 monio sed etiam  
 non moderata  
 prolatum ver  
 ratio in qua  
 & cum profectum  
 in pulvis, ac  
 genter confirmata  
 eadem iudicem  
 quæsi: qui prius  
 iustre conuictus  
 timor, cu ea di  
 qua opti viderem  
 quibus se sine  
 apud res populat  
 rit: ne qua sam  
 marum, et em  
 se non intellige  
 tem, & os, & an  
 fatioribus no  
 tuas religio  
 tadum in testi  
 nunt quæ  
 tura diffensio  
 la suscipimur  
 hila gerendia  
 tatus, iste can  
 ter: he sunt m

PRO M. FONTEIO.

Induciomarus, quid sit testimonium dicere? mouetur  
 eo timore, quo nostrum unusquisque, cum in eum lo-  
 cum productus est? \* recordamini, induces, quanto- 18  
 pere laborare soleatis, non modo quid dicatis pro testi-  
 monio, sed etiam quibus verbis utamini, ne quod mi-  
 nus moderatè positum, ne quod ab aliqua cupiditate  
 prolapsum verbum esse videatur, vultu denique labo-  
 ratu, ne qua significari possit suspicio cupiditatis: ut  
 & cum proditi, existimatio sit quedam tacita de vo-  
 bis pudoris, ac religionis: & cum disceditis, ea dili-  
 genter conseruata, ac retenta videatur. \* credo hac 19  
 eadem Induciomarum in testimonio timuisse, aut co-  
 gitasse: qui primam illud verbum consideratissimum  
 vestra consuetudinis, Arbitror, quo nos etiam tunc uti-  
 mur, cum ea dicimus iurati, qua comperta habemus,  
 que ipsi vidimus, ex toto testimonio suo sustulit, atque  
 omnia se scire dixit, verebatur enim videlicet, ne quid  
 apud vos populūmq; R. de existimatione sua deperde-  
 ret: ne qua fama consequeretur eiusmodi Inducio-  
 marum, talem virum, tam cupidè, tam temerè dixisse:  
 se non intelligebat, se in testimonio nihil præter vo-  
 cem, & os, & audaciam, neque civibus suis, neq; accu-  
 satoribus nostris prestare debere. \* an verò istas na- 20  
 tiones religione iurifurandi, ac metu deorum immor-  
 talium in testimonio dicendis commoueri arbitra-  
 mini? qua tantum à ceterarum gentium more ac na-  
 tura dissentiant, quod cetera pro religionibus suis bel-  
 la suscipiunt, ista contra omnium religionis: illa in  
 bellis gerendis ab dijs immortalibus pacem, ac veniam  
 petunt, ista cum ipsis dijs immortalibus bella gesse-  
 runt. hæ sunt nationes, que quondam tam longe ab  
 suis

## ORATIO

suis sedibus Delphos vsq; ad Apollinem Pythium atq;  
 ad oraculum orbis terræ vexandum ac spoliandū pro-  
 fecta sunt, ab iisdem gentibus sanctis, & in testimonio  
 religiosi obfessum Capitolum est, atq; ille Iupiter, cui-  
 31 ius nomine maiores nostri sanctam testimoniorū fi-  
 dem esse voluerunt, \* postremo, iis quicquā sanctum  
 ac religiosum videri potest, qui, etiam si quādo aliquo  
 metu adducti, deos placandos esse arbitrantur, huma-  
 nis hostiis eorum aras ac templa sinestant: ut ne re-  
 ligionem quidem colere possint, nisi eam ipsam prius  
 scelere violarint, quis enim ignorat, eos vsq; ad hanc  
 diem retinere illam immanem ac barbaram consue-  
 tudinem hominum immolatorum? quam obrem  
 quali fide, quali pietate existimatis esse eos, qui etiam  
 deos immortales arbitrentur hominū scelere & san-  
 guine facillimè posse placari? cum his vos testibus ve-  
 stram religionem coniungetis? ab his quicquā sanctè,  
 aut moderatè dictū putabitis? \* hoc vestrae mentes tā  
 22 castæ, tam integræ sibi suscipient, ut cum omnes legati  
 nosiri, qui illo triennio in Galliam venerunt, omnes  
 equites R. qui in illa prouincia fuerunt, omnes nego-  
 tiatores eius prouincia, denique omnes in Gallia, qui  
 sunt socij populi R. atq; amici, M. Fontem incolu-  
 mem esse cupiant, iurati priuatim & publice laudent,  
 vos tamen Gallis credere malitis? quid ut securi esse  
 videamini? voluntatemne hominum? grauior igitur  
 vobis erit hostium voluntas, quā ciuium? an dig-  
 nitate testium? potestis igitur ignotos notis, iniquos  
 æquis, alienigenas domesticis, cupidos moderatis, mer-  
 cenarios gratuitis, impios religiosi, inimicissimos  
 huic imperio ac nomini, bonis, ac fidelibus & sociis,  
 & ci-

tribu auferre  
 legat inuicem  
 perant cum popo  
 hi legatos et quib  
 bonis, ut scilicet  
 cum supplices refer  
 nos, hi contra nos  
 foro, cum quibus  
 ni terrore reuocant  
 tem, nisi aliquis  
 simul, indices, aut  
 hi, ut hoc absolutio  
 concitaretur. \* si  
 ferret omnia  
 magisteribus,  
 su, legationibus  
 uorum testium  
 potaretur: si in  
 bonis, fideles  
 iuram Rom. om  
 tur: tamen esse  
 quos ita afflicto  
 iustis, ut cont  
 non minus et  
 uo, cum laudat  
 nos, atque loc  
 nos & hoc imp  
 M. Fontem vol  
 u a propinqu  
 uo vestri ciu  
 bonis, veru

## PRO M. FONTEIO.

& ciuibus ameferr. ?\* an verò dubitatu iudices, quin 23  
 instras inimicitias ista gentes & habeant, &  
 gerant cum populi Rom. nomine? sic existimatio eos  
 hic sagatos bracharosq; versari animo demisso atque  
 humili, vt solent ij, qui affliti iniurijs, ad opem iudi-  
 cum supplices inferioresq; confugiunt? nihil verò mi-  
 nus. hi contra vagantur leri, atque erecti passim toto  
 foro, cum quibusdam minis, & barbaro atq; imma-  
 ni terrore verborum, quod ego profectò non crede-  
 rem, nisi aliquoties ex ipsis accusatoribus vobiscum  
 simul, iudices, audissim, cum præciperent, vt caure-  
 nis, ne hoc absoluto, nouum aliquod bellum Gallicum  
 concitaretur. \* si M. Fonteium, iudices, in causa de- 24  
 fierent omnia, si turpi adolescentia, vita infani,  
 magistratibus, quos ante oculos vestros gessit, male ge-  
 stu, legationibus flagitiosè obitu, comictus vir orù bo-  
 norum testimonijs, inuisus suis omnibus in iudicium  
 vocaretur: si in eo iudicio colonorum populi R. Nar-  
 bonensium, fidelissimorum sociorum Massiliensium,  
 ciuium Rom. omnium testimonijs tabulæq; premer-  
 tur: tamen esset vobis magnoperè prouidendum, ne  
 quos ita afflitos à vestris patribus maioribusq; a ce-  
 pissimis, vt contemnendi essent, eos pertimuisse, & eo-  
 rum nimis & terrore commoti esse videremur. \* nunc 25  
 verò, cum ledat nemo bonus, laudens omnes vestri  
 ciues, atque socij, oppugnant ij, qui sapissimè hanc vr-  
 bem & hoc imperium oppugnarunt: cumque mimi-  
 ci M. Fonteij vobis, ac populo Rom. minentur, ami-  
 ci ac propinqui supplicent vobis: dubitabitis non  
 modò vestris ciuibus, qui maximè gloria ac laude  
 ducuntur, verum etiam exteris nationibus ac gen-  
 tibus

ORATIO

26 tibus ostendere, vos in sententijs ferendis civi parce-  
 re, quam hosti cedere maluisse? \* magna mehercle,  
 causa, iudices, absolutiois cum ceteris causis hac est,  
 ne qua in honis huic imperio macula a: q; ignominia  
 suscipiatur. si hoc ita perlatum erit in Galliam, sena-  
 tum, equitesq; populi Romani, non testimonijs Gallo-  
 rum, sed minis commotos, rem ad illorum libidinem  
 iudicassent. ita verò, si illi bellum facere conabuntur,  
 excitandus nobis erit ab inferis C. Marius, qui Indu-  
 cionaro isti, minaci atque arroganti, par in bellige-  
 rando esse possit: excitandus Cn. Domitius & Q. Ma-  
 ximus, qui nationem Allobrogum & reliquas suis i-  
 terum armis conficiat atq; opprimat: aut, quoniam  
 id quidem non potest, orandus erit nobis amicus meus  
 M. Pletorius, ut suos novos clientes à bello faciendo  
 detrahat, ut eorum iratos animos atq; horribiles im-  
 petus deprecetur: aut, si non poterit, M. Fabium sub-  
 scriptorè eius rogamus, ut Allobrogum animos mi-  
 tiget, quoniam apud illos Fabiorum nomen amplissi-  
 mum: ut velint isti aut quiescere, id quod victi ac sub-  
 aili solent: aut, cum minantur, intelligere, se pop. Ro-  
 man. non metum belli, sed spem triumphis ostendere.  
 27 \* quòd si in turpi reo patendum non esset, ut quis-  
 quam isti se minus profecisse arbitrentur: quid fa-  
 ciendum vobis in M. Fonteio arbitramini? de quo  
 homine, iudices (is enim mihi videor hoc. propè caus-  
 sa duabus actionibus perorata, debere dicere) de quo  
 vos homine, iudices, ne ab inimicis quidem vilius fi-  
 ctum probrosam non modo crimen, sed ne mal. di-  
 ctum quidem audistis, et quis unquam reus praesertim  
 in hac vita ratione versatus, in honoribus petendis, in  
 pote-

potestatem, in imp-  
 niam probram, in  
 que à libidine, in  
 esse, ab auctoritate  
 sine qua aliquid va-  
 lere non potest, in  
 iure. Scaturit, in  
 me accusata à M.  
 boni iudicis potest-  
 esse dicitur, quod  
 co dicitur, et obli-  
 tione in suo iudicio  
 P. Rutilius l. qui  
 me inter vos re-  
 merandus. Vix  
 per accusatum  
 sufficiam fore  
 ad oracis  
 meum longe  
 Gracchi: qua  
 turpia me flagit-  
 tante virtute ac-  
 tione exprobrat  
 nonquam possit  
 meo loco in con-  
 mator quare  
 ego me, inquit,  
 quod sit, quem  
 suffragari pos-  
 quare dicitur  
 quis esset: tam  
 vix in infamia

potestibus, in imperijs gerendis, sic accusatus est, ut  
 nullum probrum, nullum facinus, nulla turpitudi-  
 qua à libidine, aut à petulantia, aut ab audacia nata  
 esset, ab accusatore objiceretur, si non vera, attamen  
 ficta cum aliqua ratione ac suspitione? \* M. A. Eui-  
 lium Scaurum, summum nostrae civitatis virum, sci-  
 mus accusatū à M. Bruto. extant orationes, ex qui-  
 bus intelligi potest, multū in illum ipsum Scaurum  
 esse dicta falso, quis negat? veruntamen ab inimi-  
 co dicta, & obiecta. Quam multa M. Aquilius au-  
 diuit in suo iudicio? quam multa L. Cottus? denique  
 P. Rutilius? qui etsi damnatus est, mihi videtur ta-  
 men inter viros optimos atq; innocentissimos esse nu-  
 merandus. ille igitur ipse homo sanctissimus, ac tem-  
 perantissimus, multa audiuit in sua causa, qua ad su-  
 spicionem stuprorum ac libidinem pertinerent. \* Ex-  
 tat oratio hominis, (ut opinio mea fert) nostrorū ho-  
 minum longè ingeniosissimi, atque eloquentissimi, C.  
 Gracchi: qua in oratione permulta in L. Pisonem  
 turpia ac flagitiosa dicuntur: at in quem virtū? qui  
 tanta virtute atque integritate fuit, ut etiam illis op-  
 timis temporibus, cum hominem inuicere nequam  
 neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur:  
 quem cum in concionem Gracchus vocari iuberet, &  
 viator quareret, quem Pisonem? quid erant plures,  
 cogit me, inquit, dicere inimicum meum Frugi. u-  
 gitur vir, quem ne inimicus quidem satis in appellan-  
 do significare poterat, nisi ante laudasset: qui vno co-  
 gnomine declarabatur, non modò quis esset, sed etiam  
 qualis esset: tamen in falsam atque iniquam pro-  
 brorum insimulationem vocabatur. \* M. Fonteus 3<sup>o</sup>

ita

## ORATIO

ita duabus actionibus accusatus est, ut obiectum nihil sit, quo significari vestrum gulum libidinis, petulantia crudelitate, et audacia possit. non modo nullum facinus huius protulerunt, sed ne dictum quidem aliquod reprehenderunt. quod si aut quantam voluntatem habent ad hunc opprimendum, aut quantum ad maledicendum licentiam, tantum haberent aut ad ementendum animi, aut ad <sup>frangendum</sup> ingenij, non meliore fortuna ad probra nunc audienda Fonteius, quam illi, de quibus antea commemoravi, fuisset. frugi igitur hominem, iudices, frugi, inquam, & in omnibus vita partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, plenum officij, plenum religionis, videtis positum in vestra fide ac potestate: atque ita, ut commissus sit fidei, permissus potestati. <sup>31</sup> videte igitur, verum sit equus, hominem honestissimum, virum fortissimum, civem optimum, de inimicissimis, atque immansuissimis nationibus, an reddi amicus: praesertim cum tot res sint, quae vestris animis pro huius innocentis salute supplicent: primum generis antiquitas, quam Thusculo ex clarissimo municipio profectam in monumentis rerum gestarum inscriptam ac notatam videmus: tum autem continua praetura, quae & ceteris ornamentis, & existimatione innocentia maxime floruerunt: deinde recens memoria patris eius cuius sanguine non solum Aesculanorum manus, a qua interfectus est, sed totum illud sociale bellum macula sceleris imbutum est: postremo ipse cum in omnibus vita partibus honestus atque integer, tum in re militari cum summi consilij, & maximi animi, tum vero vsu quoque bellorum gerendorum, imprimis eorum

boni-

bonorum qui non solum  
 in monumentis  
 hoc leviter pro me  
 ut ex genere  
 dostra, felicitate  
 retinendos esse  
 rum in hac rep.  
 non modo felicitate  
 num nobis facendum  
 innocentem obsequio  
 dicitur partem atque  
 rep. calamitate consilio  
 bu necessario suspensa  
 nisi in faceret. non  
 reque temporaria  
 du ac virtute infla  
 vi, qui legatus  
 tibus, quos L. Cato  
 sita fuisse tum M.  
 lam, praetoris homi  
 praetere C. Marium  
 sim, non interio homi  
 id rebus gestis ac ve  
 stris oculis in curia  
 up. patris, vtriusque  
 viri desideranda  
 un copia popularem  
 maderis, profecto  
 program, ad pericula  
 pram, ad consilia  
 hanc, de mi vobis  
 innocens populo

PRO M. FONTEIO.

hominum qui nunc sunt, exercitatus. \* quare si eti- 3a  
 iam monendi estis à me, quod non estis iudices, video  
 hoc leuiter pro mea auctoritate vobis precipere posse,  
 vt ex eo genere homines, quorum cognita virtus, in-  
 dustria, felicitas in re militari sit, diligenter vobis  
 retinendos existimetis. fuit enim maior talium viro-  
 rum in hac rep. copia: qua cum esset, tamen eorum  
 non modò saluti, sed etiam honori consulebatur, quid  
 nunc nobis faciendum est, studiu militaribus apud  
 iuuentutem obsoletis, hominibus autem ac summis  
 ducibus partim atque, partim ciuilitatis discordiis hac  
 resp. calamitate consumptis, cum tot bella aut à vo-  
 bis necessariò suscipiantur, aut subid atque impro-  
 trita nascantur. nonne & hominem ipsum ad dubia  
 reipub. tempora reseruandum, & ceteros studio lau-  
 dis ac virtutis inflammandos putati? \* recordami- 39  
 ni, quos legatos nuper in bello L. Iulius, quos P. Ru-  
 tilius, quos L. Cato, quos Cn. Pompeius habuerit:  
 scietis fuisse tum M. Cornutum, L. Cinnam, L. Sul-  
 lam, pratorios homines, belli gerendi peritissimos:  
 praeterea C. Marium, P. Didium, Q. Catulū, P. Cras-  
 sum, non literis homines ad rei militaris scientiam,  
 sed rebus gestis ac victorijs eruditos. age verò nunc in-  
 ferte oculos in curiam, introspicite penitus in omnes  
 reip. partes, vtrum videtis, nihil posse accidere, vt ta-  
 les viri desiderandi sint: an, si acciderit, eorum homi-  
 num copia populum R. abundare? qua si diligenter  
 attendetis, profectò, iudices, virum ad labores belli  
 impigrum, ad pericula fortem, ad vsu ac disciplinā  
 peritum, ad consilia prudentē, ad casum fortunamq;  
 felicem, domi vobis ac liberis vestris retinere, quam  
 inimicissimis populi Roman. nationibus & crudelis-

- 34 *finitis tradere, & condemnare, maleit. \* at infestis propè signis inferuntur Galli in Fonteium, & instant atque urgent summo cum studio, summa cum audacia: nos verò, iudices, non & multis & firmis praesidijs, vobis adiutoribus, isti immani atque intoleranda barbaria resistemus. primum obijcitur cõtra istorum impetus Macedonia fidelis & amica populo Roman. provinciae: qua se ac suas vrbes non solum consilio, sed etiam manu Fonteij conseruatam esse dicat: vt illa per hunc à Thracum aduentu ac depopulatione defensa fuit, sic ab huius nunc capite Gallorum*
- 35 *impetus terroresque depellit, \* constituitur ex altera parte vltior Hispania: qua profecto non modo religione sua resistere istorum cupiditati potest, sed etiam sceleratorum hominum periuiria, testimonijs ac laudationibus suis refutare. Atque ex ipsa etiam Gallia fidelissima & grauisima auxilia sumuntur. venit huic subsidio, misero atque innocenti, Massiliensium cuncta ciuitas: qua non solum ob eam causam laborat, vt huic, à quo ipsa seruata est parem gratiam referre videatur, sed etiam, quod ea conditione atque eo fato se in ijs terris collocatam esse arbitratur, ne quid*
- 36 *nostris hominibus ista gentes nocere possint. \* pugnat pariter pro salute M. Fonteij Narbonensis colonia, qua per hunc ipsa nuper obsidione hostium liberata, nunc eiusdem miseris ac periculis commouetur. denique, vt oportet bello Gallico, vt maiorum iura morasq; perscribunt, nemo est ciuis Rom. qui sibi vlla excusatione vitendum putet. omnes illius provinciae publicani, agricolae, pecuarij, ceteri negotiatores vno animo M. Fonteium atque vna voce defendunt. quod si*

vntas auxiliorum nos  
 vsq; despecterit, dicit illi  
 rum: nam etiam de  
 na miseri magis, femina  
 equi adstratus? praeter  
 tera parte germanum  
 frangit, viduas, ac popu  
 pro vobis liberam, vultu  
 su placanda occupata  
 frangit, sui animas vob  
 re quod praesidium, qui  
 missi? nam cetera se  
 & habere domi seruati  
 cipem possunt: vna  
 trem, quod aut vultu  
 lite pati, viduas, et  
 matru, quoridiana  
 stro iudicio commouet  
 tu, nocturnis Fonte  
 sacerdoti Vesta. Lac  
 tendit ad vos vobis  
 quas pro vobis dicit  
 uete, ne periculis  
 rationem repudiar  
 ur, hac salua esse  
 u, vtrum fortissim  
 mis tōme moration  
 nam in acie periss  
 tum etiam in  
 solum se solaria  
 lanquet sibi reliqu

PRO M. FONTEIO.

tantas auxiliorum nostrorum copias Induciomarus ipse despexerit, dux Allobrogum ceterorumq; Gallorum: num etiam de matris hunc complexu, lectissima miserrimq; femina, vobis inspectantibus auellet atque abstrahet? praesertim cum virgo Vestalis ex altera parte germanum fratrem complexa teneat, vestramq; iudices, ac populi Rom. fidem imploret: qua pro vobis liberiq; vestris tot annos in dijs immortalibus placandis occupata est, vt ea nunc pro salute sua, fratruq; sui animos vestros placare possit: \* cui misere 37  
 re quod praesidium, quod solatium reliquum est, hoc amisso? nam cetera femina gignere ipse sibi praesidia, & habere domi fortunarum omnium socium participem possuit: huic vero virgini quid est praeter fratrem, quod aut iucundum, aut carum esse possit? nolite pari, iudices, aras deorum immortalium, Vestaq; matris, quotidianis virginis lamentationibus de vestro iudicio commoueri. prospicite, ne ignis ille aeternus, nocturnis Fonteta laboribus vigilijsq; seruatus, sacerdotis Vesta lacrymis extinctus esse dicatur. \* tendit ad vos virgo Vestalis manus supplices easq; 38  
 quas pro vobis dijs immortalibus tendere consuevit. caute, ne periculosum, superbumq; sit, eius vos obsecrationem repudiare, cuius preces si dij aspernarentur, hac salua esse non possent. videtisne subter, iudices, virum fortissimum M. Fonteium parentis & sororis comemoratione lacrymas profudisse? qui nunquam in acie pertimuerit, qui se armatus saepe in hostium manum immiserit, cum in eiusmodi periculis eadem se solatia suis relinquere arbitraretur, qua suus pater sibi reliquisset, idem nunc percurbato ani-

b

mo

ORATIO

mo pertimescit, ne non modò ornamento & adiumē-  
to non sit suis, sed etiam cum acerbissimo luctu dede-  
cus aeternum miseris atque ignominiam reliquat.  
39 \* ò fortunam longè disparem M. Fonteij, si diligere  
potuisset, ut potius telis tibi Gallorum, quam periu-  
rijs intereundum esset: tum enim vita sociā virtus,  
mortu comes gloria fuisset: nunc verò qui est dolor?  
victoria te atque imperij poenas ad eorum arbitrium  
sufferre, qui aut victi armis sunt, aut iniurissimi pa-  
rurrunt? à quo periculo defendite, iudices, civem for-  
tem atque innocentem: curate, ut nostris testibus  
plus, quàm alienigenis credidisse videamini, plus sa-  
luti civium, quàm hostium libidini consuluisse, gra-  
uiorem duxisse eius obsecrationem, quæ vestris sacris  
praesit, quàm eorum audaciam, qui cum omnium sa-  
cris delubris quæ bella gesserunt, postremò prospicite,  
iudices, id quod ad dignitatem populi Rom. maximè  
pertinet, ut plus apud vos preces virginis Vesta-  
lis, quàm mina Gallorum valuis-  
se videantur.

PRO A.

OR



in vi facienda efficit  
fiderat homini esse p  
perret, am non  
qui cum vi & armis  
dicat, superare.  
cipue iussu videtur  
bus & amanda, et  
quod in iudicium r  
tamesi improbe p  
sem videretur, sed q  
egit ut scilicet, no  
niam si facta v  
retinenda non fu  
da sit. A. Catenam  
iussu: nunc quon  
no, omnium defen  
iuros: sine consue  
tus egerit, hoc sup  
ut in iudicio poss  
fuerit: aut nō id  
no nunc impuden  
vniq; alia ratione

PRO